
Paul V, Pope of Rome. Bullae Papae Paul V: Romanum decet Pontificem..... dated August 1605.

- In: Laerzio Cherubini, Angelo Maria Cherubino. Magnum bullarium romanum, a Clemente VII vsque ad Gregorium XV. P. Borde, L. Arnaud & C.I. Rigaud, Lyon, 1655, vol.3, p.174-179

Indulta & priuilegia pro Conclauis postremorum Conclauium , in quorum primo, Leo XI.
& in secundo hic Pontifex pronunciatus fuit.
Similes

III.

Similes gratias quisque Pontifex clargiri solet, sed hanc dumtaxat & aliam Clementis VIII. bullam 16. Aequitati, ponendas duxi, quoniam cum ha gratia personales sint, antiquiores, hac tempora non multum excedere poterunt.

Priuilegia Conclauistarum qui interfuerunt Conclauibus, in quibus ad summi Apostolatus apicem eucti fuerunt Greg. XV. & S.D.N. Vrbani. VIII. habes in d. Greg. const. I. Romanus inf. to. 4. & S.D.N. Vrb. VIII. const. I. Circumspecta d. tom. 4.

*Edicta A. D. P A V L V S E P I S C O P V S
1605. Seruus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

Romanum decet Pontificem, ut erga personas de se ac Sede Apostolica benemeritas se munificum exhibeat & liberalem easque ad altiores honorum gradus euehat & attollat, quas amplioribus obsequiis, & meritis decoratas agnoscit.

S. 1. Hinc est, quod nos volentes dilectos filios infra scriptos Conclauistas, qui in Conclavi in quo diuina fauente clementia ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, nobis, & Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus vti familiares continui commensales inseruendo interfuerunt, eosque qui laborum & incommodorum participes fuerunt, amplioribus etiam honorum prærogatiis pro cuiusque merito condecorare.

S. 2. Ipsosque Conclauistas & eorum singulos ab omnibus & singulis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis à iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, siquibus quomodolibet innodati existunt, etiam si in illis per annum continuum insorduerint ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absoluenter & absolutos fore censes. Motu proprio non ad ipsorum Conclauistarum, vel aliorum pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, deque Apostolicæ potestatis plenitudine eisdem Conclauistis tot loca Montium tunc vacantia, seu vacatura, usque ad summam decem millium scutorum auri in auro per tres ex predictis Cardinalibus singulos in quolibet ordine antiquiores, inter ipsos Conclauistas & per capita singulorum Conclauistarum, non autem singulas cellulas æquis portionibus distribuenda, gratiose & irreuocabiliter Apostolicae auctoritate tenore prælantium donamus.

S. 3. Ipsosque Conclauistas in veros, indubitos & non fictos familiares, continuos commensales nostros, ac eos qui ex illis clerici existunt, seu militæ clericali adscribi desiderant, quosque tres huiusmodi Cardinales, gradu, nobilitate & aliis meritis dignos tali dignitate iudauerint, in nostros & Apostolicæ Sedis Notarios, sine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium recipimus, ac tam illos quam alios Conclauistas singulos, qui signatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint, sacri Palatij & Aulæ Lateranen. Comites & Milites, ac tam illos quam omnes, & quoscumque alios Conclauistas indistincte, qui nobiles non sunt, nobiles, quique Vrbis, vel alicuius alterius ex Ciuitatibus temporali dominio, & dictæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis, Ciues esse voluerint, singulos in ea ipsa Ciuitate, quam signatim quisque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem Cardinalibus se admitti petierit, veros Ciues ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos & singulos alios veros originarios, & antiquissimos etiam nobiles & participantes Ciues ipsius Vrbis, vel Ciuitatis, ita ut ipsius ius ciuitatis ad quoscumque illorum heredes eodem modo transeat, creamus, constituimus & assignamus, ac nobilitatis & Ciuitatis titulo, honore & insignibus decoramus, alioquinque familiarium, continuorum commensalium nobis actu in Palatio nostro Apostolico seruientium, & illius tintello comedentium & bibentium, ac nostrorum, & Sedis præfatae Notariorum, Palatique & Aulæ prædictorum Comitum, Militum & Nobilium, ac Ciuium huiusmodi originariorum numero & consortio favorabiliter aggregamus, ac pro veris, indubitis ac non fictis fami-

liaribus, continuis commensalibus, at Notariis nostris, Comitibusque Militibus, Nobilibusque ac Ciuiibus deinceps haberi & reputari volumus ac mandamus. Eisque ut in quibuscumque impetrationibus, concessionibus & literis tam gratiam quam iustitiam concorrentibus se familiares, continuos commensales nostros & Comites, Milites nobiles, ac Ciues etiam originarios nominare, nec propterea impetrationes, concessiones & literæ ipsæ subreptionis vitio subiaceant, sed validæ & efficaces existant. Necnon ex nunc deinceps in perpetuum omnibus & quibuscumque ac prorsus similibus antelationibus antelationum prærogatiis, priuilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, fauoribus, gratiis, priuilegiis, indulitis ac iuribus, quibus alij nostri familiares tempore dictæ assumptionis nostræ ad summum Apostolatus apicem ac quibus alij eiusdem Sedis Notarij, etiam de numero participantium existentes, etiam si habitum & Rochettum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatique & Aulæ prædictorum Comites & Milites & Notiles, necnon etiam originarij & antiquissimi Ciues eiusdem Vrbis vel Ciuitatis, quam ut præfertur elegerint, quicumque ex utroque parente vere nobili & Ciue originario & antiquissimo procreati de iure, statuto, consuetudine vel alias ex aliquo speciali priuilegio, seu alias quomodolibet etiam quo ad affectionem quorumcumque beneficiorum etiam Ecclesiasticorum, etiam per quascumque literas, seu Constitutiones Apost. pro tempore editas, utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, frui, potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in iudicio extra, sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium præiudicio vti, frui, potiri & gaudere libere & licite valeant realiter & integre in omnibus & per omnia, etiamsi in Vrbe & Ciuitate huiusmodi non habitauerint, perinde ac si vere nobili genere ex utroque parente nobili originario & antiquissimo Ciue procreati forent, & huiusmodi prærogatiis, priuilegia, exemptiones, gratiae, fauores, concessiones, indulta & iura, quæ pro aliis nobilibus & ciuibus originariis emanarunt, & quæ ratione nobilitatis & ciuitatis naturalis & originarie aliis competunt, pro eisdem Conclauistis in specie emanassent seu emanarent, & eis naturaliter de iure, statuto, consuetudine, fundatione vel alias competenter, auctoritate & tenore similibus indulgemu.

S. 4. Ipsosque Conclauistis singulis quoscumque fructus, redditus & prouentus Ecclesiasticos, ac tam occasione pensionum annuarum ipsis vel eorum alicui reseruatum ratione omissionis recitationis horarum Canonarum indebet perceptos cuiuscumque quantitatis fuerint, gratiose remittimus & condonamus, ac cum eis super inhabilitate per eos propteræ quomodolibet contracta, vel etiam ex eo quod censuris huiusmodi ligati missas & alia diuina officia, non tamen in contemptum clavium celebauerint, aut alias diuinis se immiscuerint, ut illa & aliis præmissis non obstan. ad omnes, etiam sacros & presbyteratus ordines alias rite promoueri, & in illis ac in susceptis per eos alias rite ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare, etiam libere & licite valeant dispensamus.

S. 5. Necnon eisdem Conclauistis qui eorum defectum Natalium ex quocumque damnato & illicito coitu, etiam si ex nobilissimis parentibus, & vilibus feminis forsan procreati sint, etiam si legitimati alias existant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ huiusmodi maculam, siue noram abstergimus & abolemus, ac Natalibus restituimus. Necnon cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis & maternis, & aliorum consanguineorum seu cognatorum vel aliorum quorumcumque sine tamen præjudicio venientium ab intestato vel ex fideicomisso, seu alias de iure valida dispositio, succedere, & illa donationis vel alio quovis titulo consequi & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere eos ad omnia iura, legitimas successiones, ex testamento vel ab intestato hereditates, legata, libertates restituendo & reintegrando realiter & cum effectu necnon ad dignitates, honores & quocumque alia, officia secularia publica vel priuata, etiam assumi, illaque-

*Remissio fructu
etuum male
perceptorum
ob non recita-
tionem hora-
rum canonis
catarum.*

*Legitimatio
Conclauista-
rum, & habi-
litatio ad suc-
cessiones, hono-
res & digni-
tates.*

gerere & exercere in omnibus & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud Canonicum eis non obstat, ut clericali charactere, qui illo nondum insigniti sunt insigniri ac ad omnes etiam sacros & presbyteratus ordines, si nondum ad illos promoti sunt promoueri, ac postmodum charactere & ordinibus huiusmodi, illorumque priuilegiis vti, ac in eisdem ordinibus, etiam in altaris ministerio ministrare, necnon quæcumque & qualiacumque cum cura & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiam si personatus, administrationes & officia, etiam curata & electua in Cathedralibus & Metropolitanis vel Collegiatis Ecclesiis, seu parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuae Vicariæ, ac Canoniciatus & præbendæ, necnon dignitates, non tamen principales in Collegiatis Ecclesiis huiusmodi fuerint, si sibi alias canonice conferantur, aut ipsi elegantur, præsententur vel alias assumantur ad illa & instituantur in eisdem, recipere & retinere libere & liceat valeant.

*Applicatio
quorundam
beneficiorum
Sede vacante
vacatorum,
prædictis Con-
clauistis.*

§. 6. Necnon omnia & quæcumque beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura secularia & quorumuis Ordinum regularia, in quibusvis Ciuitatibus, Diœcesibus & locis quorumcumque Regnorum, Provinciarum & Dominiorum ac Insularum, & alias vñibiliter consistentia, & ad quorumcumque collatorum secularium & quorumuis Ordinum regularium collationem, prouisionem, electionem, præsentationem seu quamvis aliam dispositionem pertinentia, etiamsi secularia, Canoniciatus & præbendæ, dignitates etiam maiores, principales personatus, administrationes & officia etiam curata & electua in Cathedralibus etiam Metropolitanis parochialibus vel aliis Ecclesiis, ac præstmonia seu præstmoniales portiones, & perpetua ac simplicia, etiam seruitoria beneficia Ecclesiastica, non tamen parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuae Vicariæ, ita tamen ut si super illarum fructibus, redditibus & prouentibus pensiones aliquæ imponantur, in fauorem Conclauistarum, & non aliorum referuari debeat, regularia vero Prioratus, præposituræ, præpositatus, præceptoriae, dignitates, non tamen conuentuales, personatus, administrationes vel officia non tamen claustralia ac curata & electua, aut loca & canonicales portiones in Ecclesiis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel aliis aut Monasteriis seu aliis locis regularibus aut alia beneficia fuerint, quæ vacante Sede prædicta vacabant, & vsque ad diem assumptionis nostræ ad Pontificatum vacauerunt, etiam si dispositioni Apostolicæ specialiter vel etiam ratione mensum in quibus vacauerint aut vaccinationis illorum apud Sedem prædictam aut familiaritatis nostræ seu Prædecessorum nostrorum aut quorumuis S.R.E. Cardinalium defunctorum, aut etiam ad Ecclesiæ militantis regiminis assumptionem, etiamsi ex personis Sedis prædictæ Notariorum collectorum vel aliorum Officialium, aut etiam dictorum Cardinalium seu alias ex quacumque reseruatione, etiam de necessitate & dispositione exprimenda generaliter reseruata, & affecta existant, & eidem dispositioni Apostolicæ non reseruata nec affecta, annum tamen valorem Ducentorum Ducatorum auri de Camera non excedentia, & de quibus Ordinarij collatores tempore assumptionis nostræ huiusmodi nullo modo vel nulliter, & de facto disposuerunt, inter ipsos Conclauistas, aliasue personas ab eisdem Conclauistis seu per illos deputatis nominan, & non alias distribuenda, iuxta prouidam distributionem & divisionem per deputatos à Conclauistis huiusmodi faciendam, ea ratione habita, ut beneficia ipsa idoneis Conclauistis conferantur, si habiles reperiantur, qui tunc in omnibus beneficiis huiusmodi quibuscumque aliis non Conclauistis præferantur, quod si Conclauista idonei ad eadem beneficia obtinenda defuerint seu illa acceptare noluerint, tunc pensiones annuæ super fructibus, redditibus & prouentibus, ac etiam distributionibus quotidianis, aliisque rebus & iuribus, & etiam incertis beneficiorū huiusmodi quæ eas supportare poterunt, Conclauistis omnino reseruentur auctoritate, & tenore similibus præcipimus & mandamus.

*Annulatio
Collationum
in alios facta-
rum, &c.*

§. 7. Decernentes quascumque prouisiones, collationes, commendas, vniones, annexiones, & incorporaciones, aliasque dispositiones de ipsis beneficiis vt præfetur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum partium pro quolibet nunc & pro tempore reseruatarum & reseruandarum, habitum & tonsuram clericales gestare, & in illis dummodo alias ipsi habitum decentem & honestum deferant, incedere minime debeat, nec ad id à quoquam desuper cogi seu compelli, minusque aliquas sententias, censuras, & etiam priuationis seu cessationis ipsarum pensionum

beneficiorum huiusmodi seu fructuum, reddituum & prouentuum ipsorum vel illorum partis reseruationes per quoscumque quavis auctoritate aut etiam per nos & Sedem eamdem etiam motu simili & certa scientia nostra, deque Apost. potestatis plenitudine ac consistorialiter in aliorum quam eorumdem Conclauistarum vel personarum ab eisdem Conclauistis nominandarum coniunctim factas & faciendas, nullas & inualidas nulliusque roboris & momenti, ac præter & contra mentem nostram concessas fuisse & esse, nec alicui seu aliquibus, etiamsi Cardinales fuerint, de dictis beneficiis vacantibus per nos sub præsenti gratia comprehensis in præiudicium dictorum Conclauistarum, quavis etiam Apost. vel Ordinaria, aut quacumque alia auctoritate prouideri, vel alias quomodolibet disponi de illis potuisse neque posse, nec collationes, prouisiones, commendas aut alias dispositiones de illis aliter factas, cuiquam nullatenus suffragari debuisse neque debere, nullumque illis etiamsi dispositioni Apost. affecta aut reseruata antea non essent, dummodo de illis per collatores prædictos tempore dictæ assumptionis nostræ legitime prouisum non fuerit, post id temporis quouis prætextu disponere potuisse neque posse, ac de illis prouisis ius in vel ad illa quæsitum & sic per præsentes ablatum non fuisse nec esse, neque regulæ nostræ de non tollendo iure quæsito locum fuisse dici aut censi posse.

§. 8. Quodque omnes & quæcumque gratiæ, prouisiones, commendæ & quavis alia literæ Apost. ac etiam in forma breuis pro illis expediendis, gratis vbiique expediantur, tam de capienda possessione nomine Camera Apost. quam in fauorem literarum Apostolicarum, vbi illis super prouisionibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris familiari bus, continuis commensalibus etiam gratis dentur & concedantur, ac dari & concedi omnino debeat, etiam præcipimus & mandamus.

*Expediit li-
terarū Apo-
stoli
pro eisdem
gratu sit.*

§. 9. Necnon Conclauistis & eorum singulis, vt quicunque loci ordinarij vel Canonici Metropolitan. seu aliarum Ecclesiæ aut personæ, quæcumque Ecclesiasticæ, tam in Romana Curia quam extra eam ad id per eos & eorum singulos eligendi seu eligendæ, quascumque pensiones annuas, eis & eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus & prouentibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura & sine cura Secularium & quorumuis Ordinum regularium, seu fructus, redditus & prouentus huiusmodi beneficiorum reseruatos, vsque ad summam centum ducatorum similium in toto vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassare & extinguere ac postquam cassatæ fuerint, alias similes pensiones aunaas, seu fructus, redditus & prouentus huiusmodi vsque ad summam prædictam vni vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis per eosdem Conclauistas, & eoum singulos nominandis, etiam quæcumque quotcumque & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinibus, & expectantibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo & forma, quibus eisdem Conclauistis reseruatæ seu reseruati fuerint, etiam absque beneficia ipsa obtinentium cōsensu integre persoluendas, aut per eos propria auctoritate perciendos, exigendos & leuandos reseruare, constituere, concedere & assignare valeant, etiam concedimus & indulgemus, Decernentes ipsas translationes & nouas reseruationes, constitutiones & assignationes pensionum seu fructuum & reddituum, prouentuum huiusmodi plenam roboris firmitatē obtinere, ipsosque beneficia super quorum fructibus, redditibus & prouentibus reseruatae fuerint obtinentes ad illas persoluendas efficaciter obligatos fore. Necnon cum eisdem Conclauistis, quod ratione quarumcumque pensionum eis & eorum cuiilibet super quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, vt præfetur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum partium pro quolibet nunc & pro tempore reseruatarum & reseruandarum, habitum & tonsuram clericales gestare, & in illis dummodo alias ipsi habitum decentem & honestum deferant, incedere minime debeat, nec ad id à quoquam desuper cogi seu compelli, minusque aliquas sententias, censuras, & etiam priuationis seu cessationis ipsarum pensionum

fænas

Spoliisque. p̄t̄nas occasione Pr̄missorum incurrere possint, sed easdem pensiones ad pr̄dictam suminam ducentorum du-
catorum ascendentēs, & reseruata s̄vt pr̄fertur, etiam si
matrimonium contraxerint cum vniuersitate tamen & virgine
retinere.

§. 10. Postremo quod bona quācumque ad dictos Conclauistas & eorum quemlibet spectantia, & per eos etiam ratione quorūcumq; beneficiorum Ecclesiastico-
rum per eos alias obtentorum & obtinendorum, aut alias quomodolibet & quois quāsito colore vel ingenio seu eorum industria licite tamen acquisita & acquirenda, & in Vrbe eiusque districtu ac vbiique existentia, spoliis minime subiaceant, sed Conclauistæ pr̄dicti etiamsi Religionis alicuius Militia etiam S. Ioannis Hierosolymitani adscripti fuertint, de illis in fauorem quarumcumque personarum etiamsi Curiales esse desierint, & in quācumque loco quantumuis remoto eos decedere contigit, testari & alias disponere, iisque ab intestato deceden-
tibus legitimi eorum hæredes quicunque succedere libere & licite valeant simili modo concedimus & indul-
gemus.

§. 11. Pr̄cipientes ac mandantes dilectis filiis nunc & pro tempore existentib. S.R.E. Cameratio & Thesaurario, Pr̄sidentibus Clericis Cameræ nostræ Apost. & quibus suis aliis spoliorum huiusmodi Collectoribus & Subcollecto-
ribus necnon Militiarum pr̄dictarum Officialiabus aut procuratoribus, ne in huiusmodi bona manus apponant, neque hæredes pr̄dictorum Conclauistarum desuper mortis audeant seu pr̄sumant, ac etiam decernentes donationes etiam per viam testamenti, & codicillorum per ipsos Conclauistas de eorum bonis huiusmodi semper & perpetuo validas & efficaces existere.

§. 12. Nec eosdem Conclauistas eorumque aliquem ad pr̄sentes literas in dicta Camera insinuandum aut admitti & registrari petendum teneri, nec illas etiamsi intra tempus legitimum insinuatæ, admissæ seu registratæ non fuerint propterea minus validas censeri, sed suos plenarios effectus fortiri debere.

§. 13. Ac easdem pr̄sentes & in eis contenta quācumque sub quibus suis reuocationibus, suspensionibus, limitationibus modificationibus, decretis & constitutionibus Apostolicis, gratiarum reuocatoriis vel quā eas limitarent vel moderarent, quā à nobis & dicta Sede pro tempore, & ex quibus suis causis etiam urgentissimis etiam in fauorem fidei & diuini cultus augmētum, etiam Consistorialiter vel alias quavis auctoritate hactenus vel in posterum emanauerint minime comprehensas esse, sed quoties illæ emanabunt toties easdem pr̄sentes in pristinum statum repositas & reintegratas esse & censeri.

§. 14. Sicque per quoscumque Iudices & Comissa-
rios quavis auctoritate fungentes, sublata eis & eorum cuiilibet, quavis aliter iudicandi & interpretandi faculta-
te in quavis causa, & instantia iudicari, & dissiniri debe-
re. Irritum quoque & inane quicquid fecus super his, &c. ignoranter contigerit attentari.

§. 15. Et insuper dilectis filiis Rescribendario & Com-
putatori literarum Apostolicarum, & aliis ad quos spectat in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pena indignationis nostræ Mo: u simili mandamus ut litteras pr̄dictas super pr̄missis omnibus & singulis tam coniunctim, quam di-
uisim, ac pro singulis, quibus concessa fuerunt, ac seorsum & separatis cum omnibus & quibuscumque deroga-
tionibus, decretis & clausulis in eis contentis, gratis de mandato nostro vbiue in omnibus etiam Abbreviato-
rum, Sollicitatorum, Secretariorum, plumbique & Regis-
tri officiis absque aliqua pecuniarum exactione etiam per viam compositionis facienda, omni contradictione & dilatione cessantibus signent expediantq; & expediri faciat.

§. 16. Non obstantibus pr̄missis, ac de certo eoruindem Notariorum numero, etiamsi ad illum nōdum sit deuentū, cui per hoc alias non intendimus derogare, ac vna de insordescientibus & altera nostris de praſtando consensu in pensionibus, necnon fel. rec. Pij Papæ IV. pr̄decessoris nostri de similib. vel dissimilibus gratis in Camera Apo-
stolica infra tres menses pr̄sentandis & registradis, necnon rec. mem. Pij Papæ V. pr̄decessoris nostri contra illegitimos, necnon Piſtauens. Concilij & aliis Apostolicis, ac etiam in vniuersalibus, prouincialibusque Conciliis edi-

tis specialibus vel generalibus Constitutionibus & ordinationibus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum etiam S. Ioan. Hierosolym. ac etiam Vrbis Romæ, & aliarum Ciuitatum, oppidorum & Terrarum, necnon Cameræ pr̄dictæ & quarumuis vniuersitatum etiam iuramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, stabilimentis, vīsibus, naturis, decretis & etiam nouis reformationibus, necnon etiam legibus tam Pontificiis quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, etiam sacris Canonibus, priuilegiis quoque indultis & literis Apost. superioribus & personis ac locis quibuscumque in genere vel in specie sub quibuscumque tenoribus & formis ac cum quibus suis derogatoriis derogatoriis aliisque efficacioribus & insolitis clausulis irritantibusque & aliis decretis, etiam vim contractus & statuti perpetui continentibus, ac etiam motu, scientia & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter & alias in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis & innouatis, illis pr̄sertim quibus interalia caueri dicitur expresse, quod beneficia Vrbis, non nisi personis sub certis modo & forma inibi qualificatis, & oriundis ex certis locis, ac trium Ordinum, & militiarum, expresse professis conferri, & commendari possint disponentibus. Quibus omnibus etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quēuis alia expreſſio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi acsi de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obſeruata inseriti forent, pr̄senteribus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter & expreſſe derogamus ceterisque contra-riis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter aut diuīsim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, &c. mentionem.

§. 17. Volumus autem quod Conclauistæ, qui in Con-
clauis in quo p̄ce mem. LEO PP. XI. similiter Pr̄decessor noster, ad summi Apostolatus apicem assumptus fuit, in pr̄senti gratia, non tamen quo ad prouisionem beneficiorum, & distributionem decem millium scutorum huiusmodi comprehendantur, perinde ac si illis hæc omnia concessa fuissent, prout illis omnibus & singulis parifor-
miter ac principaliter concedimus & impartimur.

§. 18. Volumus etiam quod pr̄senti transumptis, etiam impressis, & sigillo ac manu alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis & subscriptis, eadem fides tam in iudicio quam extra adhibetur, quæ ipsi originalibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostense.

Nomina autem Conclauistarum, qui in vtroque Conclauis huiusmodi interfuerunt, sunt hæc, videlicet.

Venerabilis Frater noster Angelus Episcopus Ta-
gasteñi Sacrista, necnon dilecti filii Paulus Alaleo,
Guido Alcanius Pr̄euostus, Io. Paulus Mucantius Magi-
stri Ceremoniarum, Mutius Riccerius Clericus Camer-
icn, Secretarius Collegij, Robertus Vbaldinus Clericus Florentiñ, Petrus Iacobus Cima Clericus Auximañ, Dioc. ipsius Leonis Pr̄decessoris dum Cardinalatus honore fungebatur. Petrus Pauonius Clericus Ariminē, Marcus Antonius Tanus Clericus Flotentiñ. nostri etiam dum Cardinalatus honore fungebamur. Annibal Minalis Cle-
ricus Iaueñ, Frater Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, Franciscus Vicedominus Clericus Comeñ. Alexander Coraldinus Fulginateñ. Proloemei Ostieñ. Commenñ. Julius Cæsar Cantaueni Clericus Asten, Raynaldus Magnanus Clericus Sarasinat. Dominici Portueñ. Pinelli. Scipio Cobellutius Clericus Viterbiæ. Alexander Benreceptus Presbyter Mantuanus. Hieronymi Albaneñ. Asculani. Pe-
trus Pochier, Ludouicus etiam Pochier Paulus Castel-
lus Clerici Tholosan, Francisci Sabineñ, de Gioiosa, Octavius Mancinus Clericus Romainus, Jo. Baptista Rezanus Presbyter Veroneñ. Augustini Valerij Prænestiñ de Verona. Iulius Bellus Clericus Iustinopolitañ, Fran-
ciscus Mansius Clericus Ameriñ Dioc. Marcus Antonius Carrerius

*Indultorum
concessio pro
Conclauistis
primi Con-
clauis.*

*Kom̄a Com-
clauistarum*

*Excoutorum
deputatio.*

*Registratio
in Camera
remittitur.*

*Claſſula pre-
ſcrutaria.*

*Claſſula Su-
bilia.*

*Iuffo quod
Officiale, gra-
tu expedient.*

*Claſſula de-
rogatoria.*

Carretus Presbyter Albingā Dioc. Antonij Maria Tusculani Venerabilium Fratrum nostrorum Episcoporum Galli. Horatius Sylvestri Presbyter Verulan. Hector Octonus Clericus Camerineñ Dioc. Antonij S. Mariæ Transtiberim Saulij. Marcus Antonius de Magistris Clericus S. Seuerini, Iacobus Dunus Clericus Nouarieñ Miles Militæ Sancti Lazari. Euangelistæ S. Laurentij in Lucina de Cusentia. Lælius Carluccius Clericus Ciuitatis Ducalis, Felix Persicus Clericus Spoletan, Martinus Fabrius Clericus Gebenneñ. Mariani Perbenditi Sanctorum Marcellini & Petri de Camerino. Aurelius Adrianus Clericus Montis Altii, Honoratus Lauersanus Presbyter Fundan. Constantinus Naimolus Presbyter Campanicñ. Gregorij S. Augustini de Montelparo. Torquatus Loscus Clericus Vicentiñ, Ioan. Baptista Cusinus Clericus Mutineñ. Pauli. Cæcilia Sfondrati. Nereus Dragomannus Clericus Aretiñ Dioc. Franciscus Bouarellus Clericus Eugubinus. Benedicti S. Priscæ Iustinianii. Pyrrhus Nutus Clericus Eugubinus, Antinorus Vbaldinus laicus Pisaureñ, Francisci Mariæ S. Mariæ de Araceli à Monte, Octavius Garimburtus Clericus Romanus, Geminianus de Madonna Clericus Sarzaneñ Dioc. Octavius S. Alexij Parauicini, Romulus Cerrinus Clericus Romanus, Io. Franciscus Confalonarius Clericus Recanateñ Octavius S. Praxedis de Aquauia. Augustus Barbolus Presbyter Cremoneñ, Galpard. Ghirelli, Bartholomæus Belluccius Clericus Mutineñ. Flaminij S. Mariæ de Pace Plati. Ioan. Baptista Cantonus laicus Mediolaneñ, Ioannes Antonius Aliprandius Clericus Mediolaneñ, Hieronymus Ponzonius laicus Mediolaneñ. Federici S. Mariæ Angelorum Borromæi. Alexander Scappius Clericus Bononieñ, Hieronymus Roncallius Clericus Bononieñ, Antonij Sanctorum Quatuor Coronatorum Fachinetti. Laurentius Bernardinus Presbyter Lucen, Bernardinus de Lupis de Sancto Edicto Presbyter nullius Dioc. Alexander de Magistris Clericus Terracineñ Dioc. Sebastianus Fotius Clericus Interaemneñ. Petri Sanctorum Io. & Pauli Aldobrandini. Franciscus Leonellus Clericus Forosempionieñ, Dominicus Roncius laicus Sutriñ Dioc. Cynthij S. Petri ad Vincula S. Georgij. Lucas Antonius Eustachius Clericus Troiañ, Nicolaus Maurus Presbyter Ripanus, Septimius Angleria Clericus Cremoneñ, Petrus Riccius Presbyter Romanus Alexander Ricciardus laicus Politianeñ Physicus, Francisci Mariæ S. Mariæ supra Mineruam Taurusij. Franciscus Caualcantes laicus Florentinus, Bartholomeus Donus Clericus Romanus. Octavius S. Sabinæ Bandini Nicolaus de Escalle Clericus Tullen, Iacobus de Foraia. Anna S. Sulannæ de Giury. Reginaldus Cruolenus Clericus Clusin Dioc. Iosephus Chechius Clericus Interamneñ, Clemens Ossattus Persa laicus, Cæfaris Sanctorum Nerei, & Achillei Baronij. Contes Ciaia Clericus Senç, Secundus Odinus Clericus Asten. Laurentij S. Laurentij in Pane, & Perna Blanchetti. Christophorus de Triuynno Clericus Abuleñ, Ioannes de Almaraz Clericus Placentinus, Ferdinandus de Ribera Clericus Cauriñ Dioc. Francisci S. Crucis in Hierusalem Auila. Æmilius Florius Clericus Valueñ Salmoneñ Dioc. Dominicus Carmistalius Presbyter Reatyñ, Bernardinus Zampa Clericus Camerineñ Dioc. Francisci S. Mariæ de Populo Mantica. Nicolaus Speronis Presbyter Vintimillien. Urbanus Ceulus Pisanius, Bernardus Balsus Clericus nullius Dioc. Pompei S. Balbinæ Arrigonij, Alphonsus Sforzatus Clericus Cremoneñ, Ludouicus Rondinellus Clericus Imoleñ. Bonifacij S. Hieronymi Illycorum Beuilacqua. Hieronymus Bassus Presbyter Imoleñ, Pompeius Andreoccius Clericus Aretiñ Dioc. Alphonsi S. Sixti Vicecomitis. Angelus Miraldus Clericus Nucerini Dioc. Iosephus Geggius. Clericus Spoletan Dioc. Ioannes Genius Lotharingus laicus. Dominici S. Honufrij Tusci. Iacobus Oliuerius Clericus Romanus Miles Militæ Iesu Christi, Hyppolitus Blancus Ferratiensis S. Sylvestri Dietrichstein Iosephus Vignanelius Clericus Politianeñ, Petrus Guidottus Presbyter Pientin. Ludouicus Arregatius Clericus Politianeñ. Roberti S. Mariæ in Via Belarminij. Iacobus Moiard Presbyter Carnoteneñ Dioc. Matthæus de Puis Clericus Parisieñ. Francisci Sanctorum duodecim Apostolorum de Sourdis. Ludouiçus Beccatellus Cleri-

cus Bononicñ, Ioan^{nes} Thomas Malpicus Clericus Senogallieñ, Natalis Morbiolus laicus Bononicñ. Seraphini S. Saluatoris in Lauro Oliuarij Hieronymus Mezzamicus Presbyter Imoleñ, Æmilius Sperellus laicus Affisieñ, Dominici S. Pancratij Gymnasi. Seuerus Durinotius Clericus Seneñ, Hieronymus Musitanus Clericus Iustinopolitanus, Io. Mengotius Clericus Foroliueñ, Marcus Antonius Mozzarellus Clericus Mutineñ. Philippi S. Bartholomæi in Insula Spinelli. Rodericus Bonal de Paz Clericus Salamantin, Iosephus Perez Clericus Tirafoneñ. Antonij S. Matthæi in Merulana Zappata. Baldwinus Massa Romanus, Iacobus Honoratus Laicus Anconitanus. Caroli S. Clementis de Comitibus. Camillus Simbaldus Clericus Auximanus, Jacobus Francischinus de Bertinoro laicus Veroneñ, Benedictus Auerinus laicus Volatetrañ Physicus. Carolis S. Thomæ in Parione Madrutij. Ioannes de Saetta Presbyter Lascoreñ, Claudius Calamart Clericus Parisieñ. Iacobi S. Agnetis de Peron. Liuius Sala Spoletan Miles dicti Hospitalis, Augustinus Ioiiosius Clericus S. Seuerini, Io. Fideretus laicus Sarzaneñ, Innocentij S. Marcelli de Bubalis. Iacobus Benedictus Presbyter Nicosieñ, Iosephus Petorellus Utineñ, Franciscus Gambertus laicus Florentinus. Ioannis Sancti Marci Delfini. Urbanus Paleonus Clericus Reatiñ Dioc. Gaspard. Tantus Clericus Firmanus. Iacobi Sancti Stephani in Monte Cellio Sannesij. Laurentius Nicoloſius Presbyter Luceñ, Iacobus Broccardus laicus Nicieñ. Herminij Sanctæ Mariæ Transpontinae de Valentibus. Polidorus de Polidoris Urbeuetan Miles dicti Hospitalis, Io. Nicolaus Ferronus Clericus Beneuentanus. Hieronymi Sancti Blasij de Annulo Pamphilij. Ioannes Baptista Vulpius Presbyter Papieñ, Ioannes Nicolaus Righettus Presbyter Senogallieñ, Ferdinandi Sancti Eusebij Tabernæ. Ioannes Baptista Vbertus Presbyter Ciuitatis Castelli, Ascanius Felix à Sancto Angelo in Vado, Anselmi Sancti Petri in Monte Aureo titulorum Presbyterorum Menopolitañ nuncupatorum. Tullius Cicero Clericus Comeñ, Cambius Artusinus Clericus Foroliueñ. Francisci Sanctæ Mariæ in via lata Sfortia. Rogerius Tritonius Presbyter Utineñ, Plinius Bonioannes laicus Firmañ Dioc. Alexandri Sancti Laurentij in Damaso de Montalto. Alphonsus Carandinus Clericus Mutineñ Miles Militæ Iesu Christi, Nicolaus Bonarellus Clericus Anconitanus, Io. de Royas Clericus Toletan. Odoardi Sancti Eustachij Farneſij. Ioannes Prosper Turritanus laicus Alatrinus, Crispoltus Mattheius Clericus Affisieñ Dioc. Bartholomæi Sanctæ Mariæ in Porticu Cesij. Petrus Franciscus Bonioannes Presbyter Firmañ Dioc. Iosephus Baronius laicus Montis Altii. Andrea Sancti Angeli in foro piscium Peretti. Iosephus Fontanella Regien, Petrus Rodulphus Arlottus Clericus Regien. Nicolaus Castel Verrus Clericus Mutineñ. Alexandri Sanctæ Mariæ Nouæ Estensis. Ioannes Baptista Schiafinatus Clericus Mediolaneñ. Nicolaus Accursinus Clericus de Sancta Flora, Ennius Torellus Clericus Spoletan Dioc. Ioan. Baptista Sanctæ Mariæ in Cosmedin Deti. Germanicus Fidelis Presbyter Ripan. Romalus Clarutius Clericus Montis Altii, Paulus Æmilius Petruſius Presbyter Firmian. Sylvestri Sancti Cæſarei Aldobrandini. Horatius Mancinus Presbyter Perusinus, Martinus Martinez de Androsal Clericus, Ioannes Baptista Spinola laicus Ianuen. Iannettini de Auria. Octavius Monesius Clericus Mutinen. Dioc. Octavianus Albinellus laicus Ferrarieñ. Prosper Marzanius Physicus laicus. Caroli Emanuelis Sancti Nicolai in Carcere Pij Diaconorum S.R.E. Cardinalium etiam nuncupatorum, necnon Antonius à Turre Clericus Casalen, Bernardinus Eusebius Presbyter Ipporegiæ, Fabius de Amicis Clericus Camerineñ bo. me Francisci S. Clementis. Antonius Cicalottus Clericus Sabineñ, Ioannes Natalis Clericus Sarxanefi, Franciscus Petius Clericus Cornetan. Pauli Æmilij Sancti Marcelli. Hieronymus Racanus Anconitanus Miles prædicti Hospitalis, Ioannes Furnus, Ioannes Franciscus Martini Clerici Fauentiñ. Ciuitatis, vel Dioc. Hieronymi Sancti Petri ad Vincula similiter titulorum eiusdem S. R. E. Cardinalium defunctorum, necnon Frater

Frater Aloysius Bononiensis. Ordinis Sancti Augustini
Magister in Theologia cum dicto Angelo Episcopo,
Frater Petrus de Matre Dei Ordinis Carmelitarum Discal-
ceatorum Confessarius, Rodulphus Silvestrius, Vin-
centius Balduccius, Petrus Simon Faustus Physici, Iu-
lianush Cecchinus Chirurgus, Propertius Sextus, Gen-
tiles Gentilis Aromatarij, Bartholomaeus Venturuecius,
Ludouicus Sexto Gallus, Propertius Sextus, Benedictus
Gasparinus eorum Auditores, Ioannes Baptista Camosi-
nus Clericus Nouarien. Custos fontis, Franciscus Pe-
donius Secretarij Auditor, Iubentius de Angelis, Blasius
Zucchius Barbitonfores, Alexander Bettinius, Aristote-
les Gattai, Iulius Cæsar Rotius eorum Adiutores, An-
gelus Pezzus Cementarius, Nicolaus Varisius, Io. Vol-
fretta Fabri lignarij, Franciscus Mediolaneñ, Thomas
de Dohana, Iacobus Comensis, Iacobus de Voltulina,
Ioannes Receta, Andreas Scheimnus, Vincentius Guarinius,
Ioannes Sorci, Donatus Marchesolus, Ioannes Ve-
netus, Dominicus de Voltulina, Iacobus Polus, Ioannes
de Remedio, Ioannes Simonetta, Thomas Susanna,
Vincentius ad Corallum, Simon Tridentinus, Dominicus alias Bologna, Petrus de Petrolis, Dominicus Gutius,
Marcus Antonius Ferrus Scopatores Conclavis.

*Sancio pœ-
naliu.* §. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
nam nostræ absolutionis, donationis, receptionis, consti-
tutionis, decorationis, Aggregationis, voluntatis, man-
dati, indulti, remissionis, condonationis, dispensationis,
legitimationis, abstersionis, abolitionis, restitutionis,
præceptionis, concessionis, derogationis, & impartitionis
infringere, vel ei ausu temerario contaire. Si quis
autem hoc attentare præsumperit, indignationem Om-
nipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum
eius se nouerit incursum.

*Dat. P. An. 1.
die 31. Iulij.* Datum Romæ apud sanctum Marcum anno Incarna-
tionis Dominicæ Millesimo sexcentesimo quinto, Pridie
Kal. Augusti. Pontificatus Nostri anno primo.